


II n  
3797



Ad illustrissimū Prin  
cipem Guilielmum  
Ducem Brunswig-  
censem ic: apud  
hostes capti  
mū Eoba-  
ni hessi  
conu-  
lar-  
io

UNIVERSITÄT-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(BALE)

BIBLIOTHEC  
TONICKA



**Cobanus Hesus Martino  
Homo fratri suo Cha-  
rissimo.**

**Efflagitasti sepe numero Mi Cha-  
rissime Martine** vt Carmē qd āno superiori ī tui ducis il-  
lustris: Guilielmi indignissimam Captiuitatem in mos-  
dum fere querele Luseram in vulgus emitterem. Quod  
cum et aliquoties facturum tibi sum pollicitus et fuerint  
semper Cause queid negotij in aliud tempus reuerēt nō  
potui tandem non condescendere tuis iustissimis precibus  
maximeq; cū te isto iturum vbi principem ipsum cōuenis-  
re posses animaduenterem. Dedi hoc tuo pio erga patri-  
am desiderio/ meoq; erga te summo amorī vt eius omni-  
no libelli editionem/ cum ex hoc penderes / tibi promitte-  
rem/ tuum iam est dare operam vt munusculum hoc nost-  
rū **Q** primo Principi et offeratur et sic cōmendetur vt ab  
animo beneuolentissimo pfectū sciat quod ipsum de te  
fieri vel ea de causa uolo quod ī eius ditione natus et faci-  
lius admitti et paratior beneuolētia poterit audiri apud  
nobilissimum ducem. Quem etsi de facie non noui Cordi  
tamē nostri litteris et omnium cōstantissima fama dig-  
nissimum iudicauī cui non hoc solum/ quod non admonis-  
tus feceram / sed multo deinceps et plura et meliora sum  
daturus cui me vt commendes vnice rogo Bene Vale.  
Erphurdie Mense Julij, M.D. XXij.

# Ad illustrissimum Princi-

pem Guilielmum Ducem Brunsvigens  
sem re: apud hostes Captiuū Cos  
bani Hessi Consolatio

**F**im. pba quā dubijs fortuna volatibus erret  
Quā possit certas non habuisse vires  
Quā plerūq; bonis atrox quam fida malignis  
Eludyt ipsa meo Carmine sepe queri  
Te quoq; iudignos casus nisi seua tulisset  
Non habuit leges Dux Guilielme suas  
heu generosi animi Regum clarissime sãguis  
Quā tua nunc merita gloria sorte caret  
Quā voluit nimium tecum fortuna iocari  
hic illam vires non habuisse velim  
Nempe iaces blãdi deceptus imagine martis  
Sic tamen ut possis surgere nempe iaces  
Nec tua degeneri mens consternata pauore  
Aut animi virtus excidit ipsa sibi  
Nec tibi defuerãt animose in pœlia vires  
Semper ad armorum pondera fortis eras  
Utq; tuus Regum domitor pater oĩa vicit  
hic quoq; victurus si licuisset eras  
Inuidit fortuna tuis Dux inclite ceptis  
Quãuis et fratre est æquius vsa tuo

Fortibus Henricus qui te nunc vindicat armis  
Magnanimo iuuenis cum patre dignus auis  
Nec ponet nisi te. que nunc gerit arma recepto  
Auguroz et res est ista futura breui  
Victor ad hostiles ita fulminat impiger arces  
Mena sic duro fortia Marte quatit  
Perge inuicte animo iuuenis / fac sciat hostis  
Sentiatur iratum perfida turba sibi  
Premia perfidie deser sua / quanta meretur  
Qui tibi non proprio milite dona tulit  
Qui te non virtute sua sed fraude coegit  
Tot pro fratre pio cladibus esse pius  
Sentit et hoc ipsum iam Luneburga iuuenis  
Ipse quoque admissum deuouet author opus  
Vince armis igitur que vincis pondere cause  
Hostes ut penas quas meruere luant  
At tu fer placide dure ludibria sortis  
Altera Saxonice lux Guilielme domus  
Nec tibi turpe puta quia sis deceptus ab illo  
Qui quod erat non hoc debuit esse tibi  
Qui quia pars vestri non ultima sanguinis esset  
Credidit in vobis fraudibus esse locum  
Et quia non potuit virtute et viribus impar  
Vos petere insidius est licuisse ratus  
Sed dabit heu nimias tali pro crimine penas

Nec dubita vates praescia turba sumus  
Jam video vndantes inimico sanguine fossas  
Jam video arata menia mole quati  
Aspicio vastos incendia lata per agros  
Vix aliquem iustis cedibus esse modum  
Hec improvida mens hominum. atque ignara futuri  
Quam tua supplicio est culpa luenda graui  
Tu tibi commissa curares comoda plebis  
O sacer/ o populo presul inique tuo  
Marta bella duces (non tota corona) ministrat  
Pontifices nunquam maria bella decent  
Sacia bonus tractet verbi mysteria pastor  
Bella gerant reges quos ea cura decet  
Tu tamen oblitus vicis illorumque tuae  
Pro libris clipeos/ pro cruce tela geris  
Sed mihi nec tecum ratio est suscepta querela  
Quam bene pro patria feceris ipse vides  
Horrida circumstant etenim te bella/ nec usquam  
Qui tibi nunc armis auxiliantur habes  
Hoc erat infidis Gallis patria arma pacisque  
Hoc tibi/ prima mali causa/ Sicaber erat  
Nunc ad te inclyte Dux redeo Guilielme quorumque  
Tradita virtuti premia/ iniqua tuae  
Utque feras animo non hortatoris egente  
Des patris Henrici manibus ista/ precor  
a iij

Per patris inferias belli virtute potens  
Dum licuit seculi laus fuit ille sui  
Per genus B. Proavis longa quod origine ducis  
Cesaribus quibus est inclita vestra domus  
Quare magnorum de gente creavit Othonum  
Quos Romae dominos vos genuisset liquet  
Aedite magnorum Regum de sanguine debes  
Virtutis nunquam non meminisse tuae  
Et patris et fratris te et avorum viuida virtus  
Excitet ut possis fortiter ista pati  
Nam neque te primum dubio fortuna sefellit  
Sepe alijs vultu deteriore fuit  
Ut veteres taceam nuper tibi perfida bugi  
Maximus in vinculis Aemilianus erat  
Hinc quies captivus erat quem Geldria pugnae  
Sepe iniusta suum misit in arma ducem  
Aspicias extorem patria procul arce suorum  
Non aliquam reditus posse parare viam  
Quis veteret et profugum danorum hys addere regem  
Quam misere regnis excidit ille suis  
Quo nunc ille abijt quem burgum nobile lunge  
Tam tibi non fidum nollet habere ducem  
Hunc quod vix propria mansurum in sede putarim  
Qui tibi fortunae conditor huius erat  
Quare age sume aios inuicto Principe dignus

Et quia sic opus est fata fer ista libens  
Non erit aternū quot nunc dolet/vltia primis  
Expectanda tibi sed meliora puta  
Quæ tu nunc pateris passi per sepe fuerunt  
Innumeri reges innumeriq; duces  
Neue quod immerito pateris crutiare/p istas  
Ceu nebulas/virtus surgere vera solet  
Adde quod hæc cautos ad hōesta picula reds  
Clade sua doctos q̄ sapit/illem sapit (dunt  
Adde fidem de te famæ nō falsa loquutæ  
Et nunc ista viri nomina fortis habe  
Et quia te musis doctisq; fatentur amicum  
Carmina que lusi consule pauca boni  
Iussit nāq; fides tibi debita pectoris huius  
Fortunę casum condoluisse tuę  
Tempus erit quo tu/deuictis hostib; vltor  
Extendes patrię florida regna tuę  
Tunc meliora fluent nostre tibi carmina musę  
Tūc tua/tunc fratris Martia facta canā  
Tu modo versiculis ne spernas vilibus ausum  
Ut legerēt oculos sollicitare tuos  
Sis scelix fortisq; diu/viue optime princeps  
Omnia 7 vt possis vincere dura/Uale

F J N J S

94 Th 3797


X2206823

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

72







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

II n 3797

Illustrissimū Prin  
 cipem Guilielmum  
 de Brunsuig-  
 em it: apud  
 hostes capti-  
 uū Eoba-  
 ni helli  
 coula  
 lat-  
 io



BIBLIOTHEC  
 KONIGLICHEN